



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 112. Catechumenorum domus in India Auctore B. Ignatio extractæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæcul. XVI. beantur, eorumque sententia desuper
A.C. 1551. excipiatur. (*) Eo tempore Episcopus
 Parisiensi Ecclesiæ præerat Eustachius
 Bellajus, qui Jesuitis minus favebat,
 atque ipsamet etiam Universitas hanc
 magis benigno eos obtutu dignabatur,
 quinimo contra illos edictum quoque
 promulgabat, quo vix publici juris fa-
 cto tota urbs in hosce Patres insurge-
 bat. Hujus editi exemplar Paschalis
 Bröettus unus ex decem primis D. Ig-
 natii sociis recepit, illudque protinus
 Romam transmisit. Verum hæc tem-
 pestas parum turbabat Societatis Prä-
 positum, qui hasce turbas brevi sedi-
 tum iri sperabat.

§. CXII.

*Catechumenorum domus in India At-
 store B. Ignatio exstruxæ.*

Orland l.c. Insuper felix Nuntius ex Indiis hoc an-
 n. 119. &
 120. no receptus longe majori solatio, quam
 Gallica res D. Ignatii animum reple-
 bat.

(*) De hisce obtentibus Orlandinus, quem
 Continuator allegat, altum tenet silentium,
 itaque ad illos excogitandos Continuatores
 nil aliud impulisse, coniici potest, nisi ut con-
 fecto documento comprobet, quod jam saeculo
 XVI. contra Religiosorum domicilia ejusmodi
 obtentus fuerint propositi.

desuper
iscopus
tachius
avebat,
s haud
abatur,
quoque
aris fa-
nsurgen-
chafus
D. Ig-
rotinus
ec tem-
s Pre-
vi sed
ia At-
r.
hoc an-
o, quam
reple-
bat
is, quen-
entium,
iatoren
ut con-
fascile
jusmodi

bat; quippe P. Franciscus Xaverius ei-Sæcul. XVI.
dem significabat, quod in Indiis annun- A.C. 1551.
tiati Evangelii semen inter populos
quantumvis barbaros amplissimam messis
ubertatem proferat. Verum Ignatius
de tam subitis conversionibus prudens
sane judicium ferebat, ac per literas
edocebatur, quod infideles ad Christi
fidem pertracti haud satis longo experi-
mento probarentur, sed nimium præ-
propere ad sacrum Baptismi fontem
admitterentur, indeque fieret, ut etiam
facile ad Idolorum superstitionem redi-
rent, (*) hinc Ignatius huic malo ob-
viaturus auctor fuit, ut in Indiis Cate-
chumenorum domicilia erigerentur, in
quibus Idololatræ, qui Christi fidem
amplecti desiderarent, non nisi post diu-
turnam deliberationem, atque exactam
Christianorum sacrorum cognitionem ad

O 5 sa-

(*) Quam non minus dextre, quam falso
Continuator hanc culpam coniiciat in Viros
Apostolicos, perspici potest ex iis Orlandini
ab eo citati verbis: hic rem ita narrat: *Com-
plures ex Ethnicis ad Ecclesiam rediere. . . .*
*Quorum cum multi vel ab ipsis militibus nulla
instruitti catechesi consignarentur, interdumque non
satis consentaneis decorisque rationibus adducti,
idque multorum fons esset malorum, auctor fuit
B. Ignatius Et.*

Sæcul. XVI. sacrum fontem admitterentur : igitur
A.C. 1551. prima ejusmodi domus Goæ erigitur,
 eidemque Rector Antonius Gomez, seu
 Gomius præficitur. Postea Ignatius ad
 piam Clericorum institutionem semina-
 ria in Diœcesibus erigi curabat , prout
 etiam ipsa adhuc D. Ignatii ætate Au-
 gustanus , ac Salisburgensis Episcopi in
 suis Urbibus ejusmodi domos construi
 jusserunt : præcipue vero id ipsum a
 Tridentina Synodo urgebatur.

§. CXIII.
*Franciscus Xaverius Meacum , & in
 de Amangucium delatus.*

Tur sel. vit. Interea Franciscus Xaverius remitten-
S. Xav. l. 4. te hyemis vi Anno Domini millesimo
c. 6. & 7. quingentesimo quinquagesimo primo
Bouhours vie de S. Xav. Meacum venit , postquam maximos su-
l. 5. p. 172. biisset labores non modo ob frigoris,
Orland. l. II. quod ibidem vel tum maxime in-
113. gruit , asperitatem , sed etiam propter
 ipsa itineris pericula : ut autem expe-
 ditum inter Barbaros iter haberet , E-
 qui indigenæ Meacum petenti sese fa-
 mulum adjunxit , atque equitantis far-
 cinolam præter sua Missæ ornamenta
 ad celebrandum necessaria , cursitans
 gestabat humeris , pedibusque ibat po-
 tissimum nudis , eoque rivi , amnes-
 que vado transeundi se passim offerrent.

Ve-